CONSILIORVM
ſeu Reſponſorum
CLARISSIMI EQVITIS, ET COMITIS,
IOAN. PETRI BIMII,

Iuriſconſulti Mediolanenſis acutiſſimi.

Liber Vnus,

NVNC PRIMVM IN LVCEM EDITVS.

In quo multæ frequentes & arduæ iuris quæſtiones doctè adeo, ornatè & ſubtiliter explicantur,

Vt quò magis ab omnibus cum in ſcholis, tum in foro verſantibus legantur, & reguſtentur, eò magis mirabilis vtilitatis & delectationis, fructus eluceat.

CVI PRÆTEREA ADIECIMVS SVMMAS RERVM, ET EIVS INDICEM COPIOSISSIMVM.

CVM PRIVILEGIIS.

VENETIIS,
Ex Officina Damiani Zenarij. M D LXXXVIII.

COLL. SOC. IESV SALM. EX DONO REGVM

SERENISSIMO
REGVM OMNIVM.
REGI LONGE MAXIMO.
PHILIPPO AVSTRIO
HISPANIARVM REGI, SECVNDO ETC.

Io. Petrus Bimius. S. D.

QVEM conſultationum librum, non libenter, ſed recuſans, amicorum precibus deuictus, velut excidentem a me dimitto: hunc non inuitus equidem, ſed gaudenti, & libenti animo, quaſi lege naturæ, & ciuili iure debitum, tibi, Rex Regum Maxime, offero, & Regiæ tuæ excelſæ Maieſtati, ac tuo ampliſſimo nomini, tanquam tutelari cuidam numini, conſecrandum cenſeo. Natura enim impellimur, & vetere maiorum inſtituto edocemur, vt Summo Deo, tanquam ſerui egregiè fideles, primos, non modò agrorum, ſed etiam ingenij fructus, donemus, & velut fidei, & amoris noſtri certiſſima teſtimonia, illos dicemus Domino earum prouinciarum, vnde illi ortum habuerunt. Iure verò ciuili admonemur, & erudimur, vt ingrati animi crimen horreamus, beneficij memores ſimus, & ſi modò poſſumus, maiore menſura quod accepimus reddamus, aut pro beneficijs acceptis parem gratiam referamus; quod vbi non aſſequamur, tantam ſaltem habeamus, quantam maximam animi noſtri capere poſſunt. Cum itaque ſæpius mecum ipſe hæc repeterem, & qualia fuerint beneficia, in maiores meos a ſummis tuis Imperatoribus collata, animo voluterem, & ea præcipue, quę ab Inuictiſſimo illo Imperatore Carolo Patre tuo ſempiterna memoria digno, Io. Baptiſta pater meus, olim Pij Quarti Pontificis Maximi Protophyſicus, accepit, dum ſumptis prius debitis teſtimonijs de eius eximia erga ſacrum Romanum Imperium fide, ac de ſingulari eius virtute, Equitis & Comitis honore decorauit, & Protophyſici dignitate exornauit, facere non potui, tot tantiſque beneficijs vinctus, quin ſaltem grati animi, non dicam demonſtrationem, ſed nutu quodam paruam aliquam ſignificationem oſtenderem: quamquam nunc etiam, dum dare contendo, potius accipere, nouoque beneficij genere aſtringi videor. Nam huius libri corpuſculum, fortè non ſatis benè conſtitutum, tua grauiſſima authoritate confirmatum, tuo Regio ſplendore illuſtratum, tuę humanitatis ingenti ardore concaleſcens, audacius, aut ſaltem conniuentius, in publicum prodibit: omnes enim tuas pręſtantiſſimas virtutes taciti aſpiciunt; omnes bello, & pace res adeò preclarè a te geſtas intuentes admirantur, & ſtupeſcunt. Vnde fit, vt ſapiens illa tua ſumma poteſtas timeatur, cum omnia poſſis, & eadem vnicè diligatur, cum

* 2 tantum

IOAN. PETRVS BIMIVS MEDIOLANENSIS IVRISC.

Lectori. S. D.

CVM nonnulla conſilia & reſponſa, à me in varijs cauſis data & reddita, in manus multorum grauium Iuriſconſultorum perueniſſent, ab eisq; non omnino improbari viderentur, cœperunt illi me cohortationibus incitare, mox etiam pluribus verbis vehementer a me contendere, vt illa ſtudioſorum ad vtilitatem diuidi paſſim, & peruulgari atque edi permitterem. Quod ego illis, cum ipſe me noſſem, præciſè, diu, multumque negaui: nec enim adduci poteram, vt de ſcriptorum meorum editione cogitarem, ſi quidem perſpiciebam, hæc ipſa, iuuenili ætate, & currente, vt ita dicam, calamo, prout res poſtulabat, conſcripta, eiuſmodi non eſſe, vt in publicum prodirent, atque doctorum hominum iudicium ſubirent, quod nihil niſi ſummo perfectum ingenio, & maxima elaboratum induſtria afferri oportere facilè intelligebam. Deinde facturus ne eſſem operæpretium, haud ſatis ſciebam, ſi in tanta ſcriptorum turba, ego quoq; conſurgerem, & ad immenſum aliorum ſuper alios aceruatorum librorum cumulum, quorum copia à multis creditur legentes potius obrui, quàm adiuuari, noſter quoque liber accederet, minimè cum ijs comparandus, qui quotidiè a doctiſſimis & præſtantiſſimis viris emittuntur. Verùm enimuerò, cum ſemper exiſtimauerim, ius ciuile exercentibus, magno adiumento fore librorum copiam, quandoquidem leges ipſæ ita ſcribi non potuerint, vt omnes caſus, qui quandoq; inciderint, comprehendant: cumq; nullus liber ſit adeò inconcinnus, & inconditus, qui aliquid boni non contineat, & aliquam vtilitatem non præbeat, diutius non potui vehementes amicorum preces aſpernari, & auctoritatem contemnere. Quamobrem, ne nimis durus, ac ferreus, atque omnis humanitatis expers viderer, eorum voluntati morem gerendum duxi, cum præſertim natura impellamur, vt prodeſſe velimus quàmplurimis, imprimiſque docendo, rationibuſque prudentiæ tradendis; ſtatuiq; hæc pauca, qualiacumq; ſint, de multis ſelecta, typis excudenda mandare, vt & ipſe periculum facerem, an in hac iuris ciuilis diſciplina, in qua quatuordecim annos, & eo amplius vti Iuriſconſultus verſor, aliqua in parte poſteris prodeſſe poſſim. Quod ſi mihi continget, vberrimum me tuliſſe fructum induſtriæ meæ putabo; ſin minus, ſatis mihi erit, animi mei & propenſæ voluntatis eius rei aſſequendæ teſtimonium dediſſe. Si quid igitur in his meis conſultationibus laude dignum erit, id omne ad vnum & trinum Deum opt. Max. vnde bona manant omnia, referendum erit. Si quid verò imperfectum aut minus abſolutum inde emerſerit, vt id attribuas & aſcribas imbecillitati ingenij mei, te etiam atque etiam rogo.

INDEX
LOCVPLETISSIMVS
SENTENTIARVM
MAXIME INSIGNIVM,
ET ILLVSTRIVM.

QVAE IN HOC VOLVMINE LEGVNTVR,
ex inordinato, in ſuum ordinem rectè adductus, & redactus.

PRIOR NVMERVS CONSILIVM OSTENDIT, poſterior verò eius numerum indicat.

A

Abeſſe non dicitur, qui habet animum redeundi, ſicut contra adeſſe nõ dicitur, qui permanendi animum non habeat. conſ. 5. nu. 11

Ab inteſtato decedere is dicitur, qui nullum condidit teſtamentum. conſil. 7. num. 1

Ab inteſtato decedere, vel inteſtatus, an inter ſe differant. conſilio 7. numero 3

Ablatiuorum abſolutorum certa regula non poteſt praeſcribi, ſed variè interpretantur ex ſubiecta materia. conſ. 47. num. 20

Ablatiuorum abſolutorum propria natura eſt, conditionem facere. conſ. 52. num. 6

Abſens non habetur, qui habet domicilium cum familia, licet ipſe caſu abſit. conſ. 22 num. 11

Abſentes in iuſta ignorantia verſari dicuntur. conſ. 31. nu. 68

Abſolutio licet non inducatur actu tacito, tamen ex ſcientia, & tolerantia ſuperioris praeſumitur, abſolutionem interceſſiſſe. conſilio 28. num. 27

Abſtenſionis reuocatio, quibus modis inducatur. conſilio 83. numero 5

Abſtinens ſe ab haereditate, ſi aliquid amouerit furti tenetur, & ſi antequam abſtineat, accipit, abſtinendi beneficium amittit. conſil. 92. num. 19

Abundans cautela, & prouiſio redundans, non debet nocere legitimè geſtis. conſ. 79. nu. 20

Accedentes ad meretricem nuptam, excuſantur ſicet ipſa non excuſetur. conſ. 40. nu. 5

Acceptatio cum omnibus ſuis qualitatibus, & pactis, eſt accipienda, vel reſpuenda. conſ. 16. nu. 26

Accuſatio vbi ſit incerta, non continens neque locum, neque tempus commiſſi criminis, eſt reijcienda, vel accuſans poteſt cogi ad ea exprimenda, per quae reus certus fiat, ex communi doctorum ſententia. conſ. 68. nu. 14

Acquiſita ab epiſcopo, vel quouis alio praeſule, vel praelato praeſumuntur acquiſita de rebus eccleſiae, ex communi doctorum ſententia. conſ. 50. num. 18

Actum iudicio ciuili facta, non faciunt fidem in criminali, coram diuerſis iudicibus. conſ. 84. nu. 11

Actio ad exigendum debitum acquiritur ceſſionario, venditione, vel nominis ceſſione. conſ. 9. nu. 7

Actio directa quam creditor habet, eliditur, & cum vtili cenſetur tranſlata in ceſſionarium accedente debitoris ſcientia, ita vt, antiquo creditori rectè amplius non ſoluatur. conſ. 9. num. 8

Actio de in rem verſo deficit, vbi ſeruus pecuniam acceperit a domino ad rem vendendam, item vbi ſit fuerit, vel eſſe inceperit debitor domini. conſ. 10. nu. 63

Actio de in rem verſo, datur vbi aliquid geritur in alterius vtilitatem, etiam citra eius voluntatem. conſ. 10. nu. 17

Actio etiam directa, datur contra dominum praeponentem, in geſtis ab inſtitore. conſ. 10. nu. 24

Actio ex ratihabitione quaeritur, nullo etiam praecedente mandato eius, qui poſtea ratum habet. conſ. 50. nu. 75

Actio vtilis ei qui pecunias numerauit, quaeritur ex mercatorum conſuetudine, etiam abſque ceſſione, nedum contra ſcriptores ſed etiam contra recipientes literarum cambij, donec pecunia ſoluatur. conſ. 59. nu. 77

Actio ciuilis, quando dicatur ad vindictam propoſita, & an id procedat quando agitur ad thori ſeparationem, propter adulterium. conſ. 84. num. 2

Actio, quae ſitalium, ratione congrui, vel ruinae, tollitur vti priuata ſpatio triginta annorum. conſ. 93. nu. 19

Actio acquiſita tenſitur, principali creditori, vbi obligatio recipiatur, nomine eius intereſſe. conſ. 96. nu. 20

Actio ſine ceſſione alteri quaeritur, ex ſtatuto Mediolani. conſil. 94. num. 23

Actio legis Iulia de vi publica, non circumſcribitur anno, ſed durat viginti annis. conſ. 99. nu. 28

Actionem vendi poſſe, non prohibetur. conſ. 57. nu. 3

Actione ciuili, ad vindictam propoſita, non tantum criminalis cauſa differtur, ſed etiam omnino tollitur. conſ. 84. nu. 3

Actione vna electa, non videtur renunciata altera, quae ei ſit ex perſona alterius. conſ. 84. nu. 15

Actiones tantum vtiles, cenſentur in fideicommiſſarium tranſlata legis miniſterio. conſ. 20. nu. 9

Actiones quae vtiles, & an directo tranſeant in fideicommiſſarium abſque reſtitutione. conſ. 72. nu. 29

Actiones, quas haeres habet ex ſua prouiſione, non tranſeunt in fideicommiſſarium, abſque ceſſione. conſ. 72. nu. 30

Actor conueniens aliquem, propter qualitatem in eo exiſtentem, debet ante omnia illam qualitatem probare. conſilio 67. numero primo.

Actor debet paratus venire ad iudicium, & eo non probante, reus abſoluitur. conſ. 73. num. 1

Actori pauperi tenetur reus diues, alimenta, & litis impenſas ſuppeditare, ſi aliqua praeſumptio adſit, actorem iuſtam habere cauſam. conſ. 55. nu. 22

Actore non probante reus, tam in ciuilibus, quàm in criminalibus iudicijs abſoluitur. conſ. 37. nu. 19

a Actor

CONSILIORVM ſeu Reſponſorum

CLARISSIMI EQVITIS, ET COMITIS IOAN. PETRI BIMII

Iuriſconſulti Mediolanenſis acutiſsimi.

Liber.

In quo multa frequentes & ardua iuris quæſtiones doctè adeo ornatè & ſubtiliter explicantur.

PRO ILLVSTRE DOMINO CAROLO VICECOMITE.

ARGVMENTA.

Subſtitutio facta de filio alicuius maſculo legitimo & primogenito, an referenda ſit ad primogenitũ filij ſubſtituti, vel ad omnes filios defuncto filio maſculo primogenito.

Appellatione primogeniti, an omnes intelligantur vocati, ſeruato ſucceſsionis ordine, vel morte primogeniti euaneſcat fideicommiſſum, ita vt filia primogeniti excludat patruos, etiamſi teſtator vocaſſet primogenitum maſculum.

Fideicommiſſum an ex coniecturata mente teſtatoris induci poſsit, & multa ſanè de fideicommiſſaria, & de alijs ſubſtitutionibus, atque demum de vltimarum voluntatum interpretatione ſcitu digna ſubtiliter enarrantur.

SVMMA RERVM.

1 *In habenda coniecturis mente defuncti ſæpe ſolent errare homines etiam ſapientes, quia eius quod multis modis exponitur veritas ignoratur, & ideò dicimur in tenebris ambulare cum vltimas voluntates interpretamur.*

2 *Conditionem ſufficit in qualibet diſpoſitione momento impleri, licet implementum non duret.*

3 *Qualitatem à teſtatore deſideratam in diſpoſitionibus conditionalibus, vel tractum temporis ſucceſsiuum habentibus, ſatis eſt adeſſe tempore euenientis conditionis, licet non duret, ex com. Doct. ſententia.*

4 *Subſtitutio alicui facta ſi ſine filijs deceſſerit, vnicus etiam ſi extiterit filius tempore mortis licet nõ duret euaneſcit, & ſemel extincta non reuiuiſcit.*

5 *Verba illa (eo in caſu) denotant tpis extremitatẽ.*

6 *Excluſus ſemel perpetuò remanet excluſus.*

7 *In ſubſtitutione facta ſub ea conditione, ſi filius maſculus non extaret, ſufficit ſemel extitiſſe, ita vt dicatur conditio euanuiſſe.*

8 *Teſtator ſe reſtringens ad vnum caſum alium excludit qui aliàs excluſus non fuiſſet.*

9 *Caſu in vno qui tãtum prouiderit, cenſetur in alio noluiſſe prouidere.*

10 *Subſtitutio facta de filijs non trahitur ad filios non natos nec conceptos tempore mortis teſtatoris.*

 Filiorum